cum obductione Vulnerum, atq Decreta quaelibet totum longa antecedens et subsequens processum vindicationis ob praestitam Satisfactionem Cassat, mortificat, et annihilat, praedictus sibi suisq posteris rone praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium. Salva nihilominus Supto Nobili Alexandro Węgrzynowski ratione iniuriae suae cum praedicto Gnoso Zaklika quod de iure tenent Actione reservata.

2

Zaklika alium Quietat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premysliensibus Gnosus Stephanus Zaklika, sanus mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesentisque vero Castrensis Capitalis Premysliensis Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter, ac plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Gnosum Stanislaum Zaklika, sui Recognoscentis Fratrem Patruelem, eiusq posteros de Scripto Certo manuali per eundem Gnosum Stanislaum Zaklika sibi Recognoscenti dato: de actu et data Ipsius Lublini die decima quarta Mensis Iulij Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono confecto et conscripto, Manu eiusq propria subscripto, et Actis Castrensibus Capitalibus Lublinensibus cum inscriptione Vadij Duorum Millium Florenorum polonicalium roborato; necnon de Summa ipsa Duorum Millium Florenorum polonicalium sibi Recognoscenti per eundem Gnosum Stanislaum Zaklika fratrem Patruelem Scripto praefato manuali assecurata Quietat, emittit, dimittit liberumq et absolutum perpetuo pronuntiat. Scriptum hoc idem Manuale, eiusq Inscriptionem [illegible] Castrensibus Capitalibus

Lublinensis obpositam sibi Ignti summae eiusque Duorum Millium florenorum polonicorum Satisfactionem in toto ex praemissis omnia Cassat, mortificat et annihilat praefatus sibi Ignti suisque posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Feria Quarta post Festum Sanctorum Trium Regum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo 8/1

2

Blazowski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Stephanus Blazowski, olim Nobilis Alexandri Blazowski cum Nobili Marina Koblanska conthorale eius legitima procreatus filius. Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus [illegible] praesentibus vero Castrensis Capitanealis Premisliensis Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac verbo expressum recognovit. Quia pro Nobili Catharina Winnicka, Nobilis Ioannis Winnicki, cum Nobili Theodora Turzanska conthorale eius legitima procreata filia, sui vero Recognoscentis Conthorali legitimae eiusque posteris summam Quingentorum florenorum polonicorum ratione verae Dotis et Expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae: necnon aliam similem summam Quingentorum florenorum polonicorum ratione certi, veri, iusti et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis praesentium, necnon [illegible]

Faraciak